



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. X. Declaratio reservationis Ecclesiarum & beneficiorum per
Prædecessorres reservatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

de Gratia Rationi congruit n. 5. & 28. Quid autem gratia verbo facta, & per testes probata: si Papa facta ejulmodi gratia mox obiit, vel æger factus est, procedet dispositio hujus Reg. inquit Mandos. q. 11. sin diu supervixit, aliud statuendum esse, sibi enim impuret, qui supplicationem signari non curavit: neq; enim solet Cancellaria expedire in forma rationi congruit, nisi signata supplicatione, Rebuff. ad Concord. in forma Mand. Apost. super glo. in vers. gratiam, licet alibi dicat se vidisse unam expeditionem Clementis VII. super provisione viva voce facta, jure tamen probata, in praxi benef. d. tit. n. 8.

ARGUMENTA IN REG. IX. INNOCENTII

TII, qua est PAULI V. X.

- 1. Papa concedit alicui, ut plura beneficia, puta incompatibilia usq; ad tuam voluntatis beneplacitum obtineat, eculmodi gratia per illius obitum expirat, secus si ad Apostolicæ Sedis beneplacitum h. d. cap. si gratiosè.
- 2. Beneficium semel affectum, semper manet affectum & n. 9.
- 3. Reservaciones cessant post obitum Papæ, donec altero creato rursus publicentur.
- 4. Papa de ordinaria potestate non potest tollere jus alteri quasitum.
- 5. Per commendam non perimitur prima vacatio.
- 6. Administrator non habet titulum in beneficio.
- 7. Hæc Regula symbolizat cum Extravagane ad Romani.
- 8. Hæc Regula non procedit in casu c. si Apostolica 35. de præb. in 6.
- 9. Affecta semel beneficia, sepe affecta.
- 10. In quo differant beneficia affecta à beneficiis reservatis.
- 11. Affectum beneficium ligat inferiores etiam sine decreto irritanti, quod secus est in reservato.
- 12. Beneficia quæ sunt affecta.
- 13. Si beneficium vacat de tempore, quo Regula non est in rerum natura, utpote Papa mortuo, non incidit in reservacionem.
- 14. Mortuo Papa si quis intrat in familiaritatem Cardinalis & exit ante creationem alterius, beneficia ejus non erunt reservata.
- 15. Mortuo Papa an Episcopi collatio facta ante noticiam obitus Papæ teneat, si beneficium vacavit in mente, qui vivente Papa erat reservatus.

GLA
RIVIN
TARUM
VLAS
ARLES
LICE
EPISCOPATI

REGVLA IX. INNOCENTII

Qua est X. PAULI IV.

DECLARATIO RESERVATIONIS ECCLESIA-
RUM ET BENEFICIORUM PER PRÆDECESSORES
RESERVATORUM.

Item declaravit omnium & singularum Ecclesiarum Cathedralium & Monasteriorum provisiones quas præfatus *D* Sixtus ejus prædecessor ordinationi, & dispositioni suæ, necnon omnia, & singula beneficia Ecclesiastica quæ dictus prædecessor etiam præfata dispositioni cum repositione decreti reservaverat (quæ quidem Ecclesiæ, & Monasteria necnon sic reservata Beneficia tempore obitus prædicti prædecessoris vacabant, aut Ecclesiæ & Monasteria hujusmodi si commendata, vel administratores deputati non fuissent etiam tunc vacassent) remanere, & remanere, per hujusmodi reservationem, & decretum affecta, nullumque de illis præter Rom. Pontificem ea vice se introumittere, vel disponere potuisse, sive posse quoquo modo: Decernens irritum & inane si secus de illis attentatum forsitan erat tunc, vel etiam in posterum contingerit attentari.

GLOSSEMA ALPHONSI.

- A** Nista Regula dicitur, quod si tempore Sixti vacabant aliqua beneficia, quæ ipse reservationi dispositioni suæ, & ipse non contulit antequam obiret, nihilominus remanere affecta, & servata &c. Ratio dubitandi sui c. si gratiose de rescript. lib. vi. quia ex quo Papa reservationi dispositioni suæ, videbatur quod erat personalis ista reservatio, ideo cum persona extinguitur per illud capitulum; Sed hic deciditur contrarium: & ratio est, quia jam erant affecta beneficia: & quia vacabant, nullus alius se poterat introumittere in eorum collatione: quia beneficium semel affectum, semper manet affectum, ut dicunt decis. Rotæ quas allegavi, facit cap. ut nostrum de appell. & c. i. ut Ecclesiastica beneficia, & ponitur exemplum in Ecclesia Cathedrali vacante tempore Sixti. Nam per Regula

dan erat reservata, quous illa reservatione uti voluisset: sed ejus voluntas expiravit per ejus
 obitum: quia ejus est velle cuius est nolle, ff. de reg. jur. ejus est velle &c. sed ex quo
 vacaverat ante obitum Papæ videbatur jam affecta ergo &c. ex quo infero à contrario sensu, quod
 præcessit illa Ecclesia post obitum Papæ: & antequam Papa fecisset reservationes Ecclesiarum
 Cathedralium, fuerit electio & confirmatio in forma juris quod illa valeret, & Papa modernus
 non potuit se intromittere de illa amplius: quia esset tollere jus questum, quod non posset facere
 in ordinaria potestate. e. quamvis de resc. lib. vi. & c. super eo de off. deleg. & non
 videtur ista Regula: quia loquitur quando tempore obitus vacabant beneficia hic posita. ergo à
 contrario sensu, sequitur quod secus est si postea vacabant, id est post obitum, arg. hic à contra-
 rio sensu quod etiam in Regularibus habet locum, quia etiam tempore Papæ qui eas fecit, faci-
 mus commone, sufficit l. 1. §. jus rei ff. de off. ejus cui Mand. est jurisdictione,
 & cap. cum virum de regular. & non obstat declaratio Pauli, que vult idem quoad
 beneficia reservata, que postea vacaverunt: ut superius dixi, quia ista confirmatio non habet
 locum nisi loquitur in Episcopatibus, vel Principalibus, in Collegiatis, nec in Monasteriis, sed
 in beneficiis Officialium, vel familiarium Papæ, vel Cardin. at hoc apparet ibi in verbo ut pro-
 mittitur ibi posito, quod refert præterita tantum, ut sunt gloss. in c. cupientes §. ad
 hoc de §. quod si per xx. de elect. lib. vi. ergo &c. & hanc credo fore verisatam: ideo
 statim in partibus, & vacaret ibi Ecclesia Cathedralis &c. consulerem quod Canonici eligerent
 Archiepiscopus confirmaret: si esset ibi Canonici etiam eligerem. Item quia in dicta de-
 claratione Pauli, non fit mentio de Episcopatibus ergo &c. sufficit gl. in cap. 1. de præb.
 lib. vi. Item patet hic quod per commendam non perimitur prima vacatio, imò dicitur ut no-
 tatur in cap. nemo de elect. lib. vi. & cap. si confiterit de accusatio. Nam com-
 mendarum nihil aliud est quam deponere ut leg. commenda. de verb. sign. ergo &c.
 quod pro nunc me non intromitto: sed tamen dicam infra: nam diversas sententias vidi pro
 & contra in Rota circa hoc, tamen hoc quod dixi teneo, & responderetur ad istum textum quod
 non est quod non vacante facta glossa modo propter appositionem manus Papæ, sed de jure
 per prædicta: & idem credo in administratione per eadem fundamenta & hoc sufficiat pro
 me. Item quia administrator non habet visum in ben. ut vult Ant. in cetera. 11. de
 elect. super glo. in verbo electionem, quem allegat Joann. de Nihilis
 in verbo Administrator.

COM.

GLA
 RIVIN
 TARUM
 VLAS
 ARLES
 LICE
 EPISCOPUS

COMMENTARIA IOAN. A CHOKIER.

- A** *In ista Regula*) Hæc Ianocentii Regula est conformis cum Regulis posteriorum Pontificum, & symbolizat cum extravagante Ad Romani, de præbendis, communes & est maxima & tritissima Regula in Rota, teste Geminiano *conf. 93. n. 26.* laudato à Gonzalez *ad Reg. VIII. supra gl. 12. per tot. usq. ad §. 1.*
- B** *In cap. si gratiosè*) Textum hujus c. habes doctissimè explicatum apud *Panc. Gonz. ad d. gl. 12.*
- C** *Semper affectum*) Hoc non procedet in casu c. si Apostolica 35. de præb. in *Simonetta de Reservat. q. 47. c. 2. vers. Sedem ipsam de præb. in 6.* ubi dicitur quod si bene vacante vacet in Curia, Ecclesia Parochialis, quod ille conferet, ad quem illa collatio pertinet d. c. si Apostolica per quod limitatur & declaratur d. c. 2. Verum in Francia hujus Reg. reservatio non recipitur teste *Rebuff. ad hanc Reg. Nisi beneficium vacet in Curia, est Papæ reservatum, ut nullus intrâ mensem possit conferre, post mensem verò sic c. 2. de præb. in 6.* Si tamen Papa contulerit in Curiali ante acceptationem factam vacat semper in Curia d. c. 2. secus si deinde acceptaverit: quia tunc non dicitur in Curia vacare, si acceptans extrâ Curiam etiam si sit inhabilis, teste eodem *Rebuff. loco supra citato.*
- D** *Quas supra allegavi*) Quæ sint istæ decisiones non liquet ex ista nec præcedente glossa, extat tamen *decis. 12. & decis. 13. de præbend. & decis. 32.* in ultimis, quæ aperte adstruunt quod beneficia semel reservata & affecta non per manent affecta, & in terminis hoc probat textus in extravaganti ad Romani §. Romani, de præbendis ibi & remanere semper affecta adde *Castell. tit. 1. num. 8. de restit. spol. & decis. 2. num. 30. de Union. DD. in cap. inter dilectos cess. Prælat. Pet. Gregorii in instit. rei benef. cap. 24. num. 17.* & hanc esse maxime & in Rota tritissimam Regulam dicit *Geminia. conf. 93. num. 16. Jac. Simonetta. de Reservat. quest. 57. per tot. nisi reservatio esset facta ad tempus, quæ est in solo tempore reservationis, unâ cum reservatione expiraret affectio inducitur c. 2. & 3. de Præbend. in 6. ubi reservatio Papæ de beneficiis vacantibus Curia limitatur in c. seq. ad mensem & eo elapso Ordinarius potest præbere, qua de re supra diximus, ad Reg. I. vers. Nunc venio ad Reservationem. Sed quid interest inter beneficia affecta & reservata? id quod inter tacitam reservationem aut lolo verbo dicat, Reservamus: & dicitur beneficium reservatum. Affectio verò actum realem & factum, ex quo tacita reservatio oritur; vel*

si Papa apponat manum super dispositione alicujus beneficii : & tunc dicitur affectio, quæ beneficium sic afficit ut omnes inferiores amplius se intromittere non valeant, ut explicitè declarat *En. de Falcon. tract. de Reser. ben. p. 3. per tot. aliq.* 11
suprà citati quod & alibi ostendimus. Itaq; hæc priore fortior est; cum ista liget inferiores, etiam sine decreto irritanti; prior autem per se sola sine decreto non ligat *Gasp. de Perusio tr. de Reser. q. 10. per tot. En. de Falc. d. tr. q. 4. principii effectui 1. n.* 12
4. post pr. Rebuffus in praxi tit. de reserv. n. 30. ubi exemplificat quæ sunt affecta, ut si Papa conferat beneficium nulliter, utpote inhabili, tunc illud beneficium erit adhuc Papæ collationi affectum *d. c. inter dilectos ibi Abb. & alii, probus in addit. ad Matthei. in c. statutum n. 17. de prab. in 6.* Item quando commendat beneficium: per mortem enim Commendatarii remanet adhuc reservatum *Mobedan. decis. 9. de prab. crescent. decis. 2. de Parochiis*, quod etiam procedit in unione facta de aliquo beneficio ad vitam alicujus, *Per. Gregorii c. 20. n. 2.* Item quando mandat provideri de beneficio primo vacaturo, primum est affectum & reservatum Mandatatio: adeo quod alius præter Papam illiusq; executorem conferre non possit. *Rebuff. d. loco n. 33. Flam. Paris. tr. de resig. ben. lib. 12. q. 10. n. 9.* Item quando unus renunciat beneficio suo in manibus Papæ in mense ordinario, tunc (seclusa reservatione ratione vacationis in Curia) beneficium remanet affectum ex dicta manus appositione: sic quod nullus Ordinarius possit de illo providere, quamvis à Papa nondum collatum existat, *Gonza. ex ad Reg. 8. Cancel. Glo. 52. n. 16.* ubi alios manus appositionis modos, quibus Ordinariorum potestas tollitur, cum eorum limitationibus n. 38. & seqq. subjicit.

Sicut est si postea) Nam ut notavit Hieron. Gonzalez beneficium vacavit tempore quo Regula reservatoria non erat in rerum natura, sed fuerat cum Papa Conditor sepulta, & jus commune vigebat. Nam tunc nunquam beneficium incidit in reservationem, nec erat aliquis secutus effectus, nec inchoata reservatio, & ideo provisio spectat ad Ordinarium, *Geminia. conf. 93. num. 15.* ubi ponit hoc exemplum: Quod si mortuo Papa, unus intrat in familiam unius Cardinalis, & exivit antequam novæ Regulæ per novum Papam constituantur, tunc beneficium istius non erit reservatum, nec subjacet Regulæ 31. de impet. benef. per obit. fam. Card. *Capuaquen. decis. 86. n. 3. lib. 1. Crescent. decis. 3. n. 4. de prim.* ut rectè ex eodem *Geminia.* notat *Gonz. ad Reg. 8. Cancel. in prom. 5. n. 50.* ubi subjicit elegantem quæstionem de Ordinario, seu Episcopo, qui potest conferre beneficia Sede Apost. vacante, an post obitum Papæ ante illius noticiam subsistat, & resolvit pro affirmativa motus decisionis Rotæ *16. de prab. in antiq.* disponentis valere provisionem de beneficio re vera vacante, quamvis is tam Collator, quam ille cui confertur ignorent vacationem, quæ de- 15
 ditio sequitur opinionem *Jo. Monach. in c. si sibi absentis n. 5 & 6. & 7. & Geminia. num. 9. cum seqq. de prabend. in 6.* Igitur cum re vera Papa esset defunctus

U

de res.

GLA
 RIVIN
 TARUM
 ELAS
 ARLES
 LICR
 EPISCOPUS

de tempore vacationis, licet Collator ignoret, debet tenere collatio. Quia
 tentia quoq; est nostri Glossographi, *infrà ibi, ideo si starem in partibus, &c.* tunc
 tunc fortè Papa esset mortuus &c. Adde Hostien. in *Summa tit. de electio. §. quatuor*
n. 11. vers. quid si timeant, ubi loquitur in casu nostri Glossographi, vide tamen
 Garciam *intr. de benef. p. 5. c. 1. §. 12. n. 772.*

F *Declaratio PAULI PAULI II. in Extravag. Ad Romani ult. de præb. quan-*
men extravagantem loqui etiam in Episcopatibus & Principalibus in Collegi-
*is rectè sustinet Nic. Garc. *tr. de benef. p. 5. c. 1. §. 13.**

ARGVMENTA IN REG. X.
 INNOCENTII

1. Expectativa dicitur privilegium vacante postea beneficio cessat prae-
 gativa.
2. Principis, & non rescriptum.
3. Prærogativa adinstar descriptiva
 cessat, ubi cessat prærogativa descripti-
 torum familiarium.
4. Quicquid rescribitur à Principe po-
 test dici privilegium.
5. Mandatum de providendo expirat
 mortuo Papa, re integra.
6. Ubi nullum est subjectum coram
 correlativum.
7. Expectativa an censentur revocata
 per obitum concedentis, & n. 20.
8. Per hanc Reg. revocantur Reservatio-
 nes speciales, exceptis illis super
 quibus litteræ in Cancellaria secun-
 dum stylum expediuntur, & quæ
 sunt.
9. Expectativa censetur revocata, si an-
 tequam veniat ad manus executoris,
 & antequam fulminet processum Pa-
 pa moriatur.
10. Reservatio beneficii per munus
 vacationis.
11. Alternativa concessa Ordinario an
 censetur revocata per hanc Reg. &
 n. 14.
12. An prærogativa Papæ quæ nondum
 sunt sortita effectum, sint revocata
 per hanc Reg.
13. Reg. hæc non est inter Regulatio-
 dneri Pontificis & quare?
14. Expectativa & mandata de pro-
 vido sunt hodiè sublata per Conci-
 um Trid.
15. Familiaritas dicitur quædam socie-
 tas.
16. Per expectativam jus in re non est
 acquisitum expectanti ante promissio-
 nem.
17. Prærogativa Papæ est separabilis à
 Gratia.
18. Expectativa concessa non expirat
 morte Papæ concedentis, cum dila-
 ctione.
19. Qualitas adjecta verbo debet adesse
 tempore verbi.
20. Rescripta Justitiæ expirant re in-
 gra morte Papæ.
21. Qualitas quando ponitur causa de-
 monstracionis satis est si adsit momen-
 to temporis.
22. Sed per Regulam xii. de revocatio-
 ne litterarum &c. reviviscunt.
23. Familiari Papæ recedente, vel mor-
 tuo Papa, cessat causa familiaritatis: &

Rescripta gratiæ revalidantur per 25. Alternativa concessa Ordinario per Reg. viii. de literis in forma Rationi prædecessorem censetur revocata per congruit expedientis.

14. An per hanc Reg. alternativa concessa 26. Qualitas adjecta verbo debet adesse Ordinario censetur revocata? | tempore verbi.

REGVLA X. INNOCENTII.

REVOCATIO EXPECTATIVARVM ET RESERVATIONUM DE QUIBUS CUMQUE BENEFICIIS VACATVRIS.

Item revocavit quascumque expectativas, quæ in aliqua sui parte sunt sortitæ effectum, ac revalidationes, extensiones collationum, mutationes eas quomodo libet concernentes, necnon alias, quam super quibus per Cancellariam Apostolicam litteræ in forma solita expediri consueverunt, reservationes de quibusvis etiam Patriarchalibus, Metropolitanis, ac aliis Cathedralibus Ecclesiis, ac Monasteriis & Beneficiis vacaturis cum mandatis de providendo, & contentionibus inde secutis per prædictum Sixtum prædecessorem, in favorem quorumcumque; & quibuscumque concessas, & factas, ac facultates nominandi, reservandi & conferendi prærogativas & indulta, quæ circa gratias & reservationes hujusmodi ab eodem prædecessore emanarunt, quoad ea in quibus nondum sunt sortitæ effectum.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Item Regula dicit quod Papa revocat quascumque, expectativas concessas per Sixtum; quæ in aliqua parte sunt sortitæ effectum. Item Revalidationes &c. Item reservationes de quibusvis beneficiis vacaturis in favorem quorumcumque, excepta reservatione servanda quam littera solita sunt expediri per Cancellariam. Item facultates nominandi, reservandi, & conferendi. Item prærogativas, & indulta circa gratias &c. Et dividitur in tres partes, prout infra dicam. Et circa hanc regulam est notandum, quod expectativa non sunt revocata ipso facto post mortem concedentis ut hic & facit c. si super gratia de Rescript. lib. vi. Et ratio est, quia expectativa dicitur Privilegium Principis, & non rescriptum ut notat Sicul. in c. ex parte l. i. & ibi Doct. de off. deleg. ergo sequitur

U 2

REGVLA X. INNOCENTII. REVOCATIO EXPECTATIVARVM ET RESERVATIONUM DE QUIBUS CUMQUE BENEFICIIS VACATVRIS.

sequitur quod illud privilegium debet esse perpetuum c. decet concessum à Principe de reg. jur. lib. vi. & quicquid emanat à Principe, potest dici privilegium ut nec. Joan. And. in c. olim de verb. signif. secundum Bald. in præludis feudorum in v. col. & in c. 1. de nova for. fid. in fin. Et non obstat c. si de concess. prab. lib. vi. ubi illud c. non dicit, quod ipso jure revocata sint expectativa per mortem Celestini: sed quod Bonifacius revocavit, & declarat ille textus, quid contingat per illam revocationem, & concludit quod jus ad rem, sed non jus in re, & arbitror quod ipse fuit primus, non vocavit expectativa prædecessorum, facit. c. si is cui &c. quondam de prab. lib. vi. & si dicatur quod per c. si cui in 2. resp. censentur revocata expectativa, ubi dicitur, quod si mandatur provideri alicui de beneficio vacaturo, quod expiret mandatum mortuo executori re integra &c. Dico breviter (non surando de solutione gloss. ibi & in dicto. si sine gratia) & veritas est ista, quod propter fulminationem processus quam fecit executor ipsi sibi bulla expectativa, non dicitur amplius re integra, & ideo illud cap. facit probare, dum dicitur ibi quod revocantur mandata de providendo re integra, &c. & hoc videtur glo. intellecta bene in c. præfenti in verbo finitur de off. leg. lib. 6. quæ ad hoc allegat dictum c. si cui. Alias in legato, notificatio in iudicio, & decretum mandantur petuntur Jurisdictionem ut dicit gl. sed in executori Papa vult contrarium, & hoc est etiam de jure, quod expectativa non censentur revocata per obitum concedentis: quod intelligitur debet verum, si ante obitum est fulminatus processus, ut dixi, & vult hoc Lapa, quem sequitur Dominicus in d. c. si cui in 1. col. qui dicit quod si executor eligit procedere sicut executor, non debet citare ad perpetuationem Jurisdictionis: aut elegit procedere sicut executor, non potest incipere à processu, qui sufficit sine citatione, nisi aliud mandaretur per superiorem citari.

Ex quo infero quod cum gratia expectativa conceditur absenti, & de stylo Comendatæ committitur in partibus in forma Dignum arbitramur &c. & si antequam veniat ad manus executoris in partibus, & antequam fulminet processum, Papa moriatur, quod ipse non censetur illa Gratia revocata per d. c. si cui in fin.

Et hoc circa primam partem hujus Regule. Circa quam adhuc quero: Hic dicitur quod Papa revocat expectativas quæ sunt sortitæ aliquem effectum &c. potest quædam sit sortita gratia expectativa aliquem effectum, à contrario sensu videtur, quod non sit revocata ut hic, sed nunquid manebit integra ad omnia beneficia ibi comprehensa: si vel facta quod postea sortiat aliquem effectum? & cum alias fuisset in Curia de hoc dubio interpretatus, dixi quod non durabat ad omnia beneficia ibidem comprehensa, sed quoniam sortitæ aliquem effectum, & ad hoc allegabam l. Arriani C. de her. & in omnibus Auditoribus presentibus sed hodie vel hodie &c. ergo sequitur quod cum illa gratia sortiat aliquem effectum, statim vigore istius Regule est revocata per prædicta.

Quoad secundam partem, ibi nec non &c. hic solebat esse in Regulis PAULI, & etiam SIXTI, etiam si sint sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, &c.

non ponitur, & quod non exprimitur, his non comprehenditur ut dicit expresse Joan. And. & aliqui alii in capitu. de schismate lib. 6. quod etiam illa revocatoria capituli sin. graduum expeditarum non comprehendebat Cardinales. De hoc autem aliquid dicam in alia regula noviter facta infra; quia latissime dixi in xvii. q. Cardinalium in tertia parte de facultates nominandi reservandi ac conferendi &c. Per hoc verbum conferendi vidi magnas altercationes in Curia, an alternativa concessa Ordinario conferretur revocata per hanc regulam. Et vidi dari dubium hoc modo: an alternativa Domino Episcopo concessa, quamvis Ecclesia praefuerit concessa per regulam Domini Sixti, sit revocata? Et in hoc dubio allegavit Joachimus de Nariva Advocatus famosus, & tenuit quod non: nisi quia allegatio ad primum dubium, &c. & possem hic interserere ejus allegationes si non forent longae, & in hac causa non recordor quid fuerit sententiarum. Sed de anno xxv. datur simile dubium per Bartholomeum de Valentiniis, quod sequitur, videlicet, utrum alternativa moderni Episcopi Legion. expiravit per obitum felicitis recordationis Domini Pauli, cuius est verbum & tenore Regula Cancellaria: & in hoc fuerunt allegationes publice: & pro parte affirmativa tenuerunt Dom. Coronatus de Planca, & Dominus Paulus Tuscanellanus Auditor & Advocatus Consistorialis, & ego consului pro hac parte & Consilium meum inquit, istud primum dubium: quod his etiam possem inserere. Tamen nescio an Papa seorsim declaravit mentem suam Auditoribus, nihilominus Januarii anni praedicti Dominus Bartholomeus de Valentiniis Auditor pronuntiavit pro Salmeron, contra Ludovicum Latoris, quod non expiraverat: & fuit ratio, quia Collatio beneficiorum pertinebat Episcopo soli, sine Capitulo, & propterea non videbatur revocata, quia non erat facultas, Argument. capit. cum aliquibus, cum glossa, de rescriptis libro sexto. Sed nescio quid responderi possit ad verba alternativarum: quia licet in eis dicatur dum Ecclesia tua praefuerit &c. tamen etiam dicitur ibi ac si nostra non existerent & revocativa &c. ergo sequitur quod licet per mortem Concedentis non expiraverit, tamen non nos expectativa, scilicet successorum, dicuntur expirasse per dicta verba, facit capitulum si gratiosae, in argum. de rescriptis lib. 6. tamen quia verba alternativarum sunt varia, refero me ad veritatem: & illud quod tenui in Consilio meo tunc, teneo nunc, & non obstat quod dicitur in hac Regula, & puntuatur isto modo per Joachimum, conferendi scilicet praerogativas & indulta &c. quia hoc non est verum; imo debet ibi praerogativa conferendi tantum. Nam nunquam fuit visum quod Papa daret alicui facultatem conferendi praerogativas: ergo debet intelligi de collatione beneficiorum arg. l. verbum volo. C. de huius commissis.

Et quoniam super cauda istius Regula oriuntur varia quaestiones, scilicet an praerogativa graduum qua nondum sunt sortita effectum, sint revocata: quia a contrario sensu hanc Regula, videtur quod non; tamen breviter agam, & dico quod de praerogativa regularum scilicet quod graduatam non graduato &c. ergo nondubito, & dico quod expiravit praerogativa istarum Regularum, & quod dixi ibi. Sed de aliis praerogativis scilicet con-

GLA
RINNI
TARLA
PLAS
ARLES
LICK
EPICORNO

cessus familiaribus descriptis, & de similibus, certe in hoc ego dubito: & consului verum doctorem & dixit mihi, quod prerogativa concessa collegio non expirabat, sed aliter sic. Et mihi dixit quod ex quo prerogativa erat pars gratia, quod ex quo durabat gratia, etiam durare prerogativa, ego verò sub correctione dico, quod cum familiaritas non est nisi in quadam societate, ut dicit Joannes Andr. & Doct. in capite sicut de reb. lib. sexto, ergo sequitur quod mortuo Pontifice solvitur ista societas, Infit. de lib. §. solvitur, ex quo sequitur quod licet remaneat gratia, non tamen remanet prerogativa: quia prerogativa est separabilis à gratia, faciunt glo. & jura ibi alleg. in tit. de reg. juris lib. vi. & quod dixi supra in proemio, ergo &c. Item prerogativa descriptorum sibi data per bullam quam vidi & habui coram me, dicitur juxta finem medio, quod in assuetudine beneficiorum debeant illi familiares preferri. & nullus alius sibi ratione privilegii preferri &c. ex quo sequitur quod ista qualitas familiaritatis debet esse tempore vacationis beneficii: quia qualitas adjecta verbo debet adesse tempore verbi in delictis §. si extraneus ff. de noxa. sed hoc est impossibile quod illa qualitas familiaritatis possit tunc adesse. ergo sequitur quod expiravit illa prerogativa, maxime quia non constructo ponuntur illi familiares & reguntur ibi verbo, sunt potiores, ibi positio, debet intelligi in assuetudine beneficiorum, ut ibi dicitur, secundum doctrinam Bal. in l. scriptura ff. de legat. i. & ultra Doct. allego glo. in c. cum speciali in verbo de reculatoria. de appell. in similibus verbis. Et si mihi obiciatur de lege firmata ff. de reb. dub. ubi probatur quod satis est quod qualitas sit tempore dispositionis: respondetur quando qualitas ponitur causa demonstrationis, satis est quod ad sit momento tempore in illa lege: sed quando ponitur loco finalis causae: tunc secus est: quia cessante causa haec sunt verba Bal. in l. humanitatis in vi. col. C. de Impub. & aliis subdit. intelligit d. l. si cognatis, & iste est casus noster. Ex quo sequitur quod mortuo Papa recedente familiari descripto ab eo, tunc cessat causa familiaritatis: quod si postea beneficium cessat prerogativa: & sic vidi in recessu familiarum pronunciari in Reta tempore Pauli.

Ex quibus infero quod cum cesset prerogativa descriptorum, à fortiori cesset prerogativa ad instar eorum, quia ubi nullum est subjectum corrumpit correlativum, ut dicit Bald. in c. Feu. guar. in col. x. alleg. glo. in c. i. de fid. instr. u. sed in hoc Nicolai de Castella dicit contrarium, quod licet cesset privilegium descriptorum, tamen non istorum ad instar, & ad hoc me mihi Bald. in l. privilegia C. de sacrolanc. Eccl. tamen contra eum possum allegare juris canonici & civilis quas omitto causa brevitatis. Et quia dixi de prerogativa datur collegio quod non expirant: fateor quando toti Collegio dantur, secus si singularibus de Collegio sic intelligo l. sed si hac §. qui manumittitur, & hoc vult ff. de in ju. voc. qui §. est canonici xxxi. q. ii. C. qui manumittitur, & hoc vult g. in fin. in c. cum venissent de decret. l. quia dicit quod collegio datur, nomini datur, per illum §. sed quia questio pendet contra unum certo collegio pro nunc taceo. Sed de hoc quando appellatione per sonarum comprehendatur collegium vel ne, plene dixi in tr. futuri concilii, in verbo universitatis, quem dixit Sixtus.

Vetus: & ad argumentum à contrario sensu hujus Regulae, respondeo, quia cessat hic: quia contrarium fundatur de jure, ut dixi, sufficiat cap. à nobis lo. III. de senten. recommon.

Quia tamen aliquis posset dubitare quid vult ista Regula ibi: necnon alias quàm super quibus &c. & breviter, est intentio Regulae quod revocantur reservationes speciales exceptis super quibus littera in Cancellaria secundum stylum expediuntur, puta per munus con- 15
secrationis. Item per contractum matrimonii per assecutionem alterius incompatibilis, vel pro-
prium emittendam: quia in istis solet Cancellaria scribere secundum certum stylum, scilicet: adora si quidem providimus de tali Ecclesia Titio per munus consecrationis
operatur vacare talia beneficia quae donationi nostrae reservavimus &c. tunc si
ante consecrationem illius moriatur Papa, non expirat illa reservatio. Et hoc vult dicere ista
Regula, & istae reservationes licet sunt speciales, tamen non revocantur hic, etiam si sint ad be- 16
neficia vacatura: & sic mihi respondit Dominus Nicolaus de Castello, qui fuit Conditor ista-
rum Regularum Innocentii VIII. & sic respondit & posuit exemplum.

COMMENTARIA IOAN. A CHOKIER.

(Ista Regula.) Hae INNOCENTII Regulae non est inserta Regulis posse-
tionum Pontificum: quae idcirco inutilis non erit quod per Concilium Tri- 17
dentinum sess. 24. c. 19. sine revocata Expectativa & Reservationes ad vacatu-
ra, illarumque usus tantum non sublatas, cum Concilii Tridentini dispositio
non comprehendat Nominationes, quae ad instar sunt Expectatarum, ut nec
penitentiarum Casaris preces, nec alias gratias, quas Papa ob benemerita Regibus &
alio Principibus concedit teste D. Wamessio consil. 261. num. 4. vol. 1. Interea
advertat Lector hanc INNOCENTII Regulam distare ab illa quae postea edi-
tae Iulij III. quippe quod ista INNOCENTII, non ita late pateat, ut sigilla-
tim ostendit Mandos, qui id eodem inventam scribit, quia dubitari poterat, an per
vobis praedecessoris evacuissent expectativa & reservationes, & alia de qui- 18
bus in hac Regula distinctè tractatur. Sed quia jam omnes expectativa ac man-
data de providendo, & alia quaecumque gratiae ad vacatura, ut dixi, sunt sublatae
per Concilium Tri- dent. Sess. 24. c. 19. (exceptis tamen Nominationibus Univer-
sitatis Lovaniensis, & Nominationibus seu precibus Imperatoris, quae sub di-
cto Concilii Decreto nequaquam comprehenduntur, ut docet Wamessius An-
notator Lovaniensis, d. consil. 261. de Praebendis.) sicque evanuerint DD. jam com-
mentaria ad titulos de Rescriptis, de Praebendis, de Concessione praebend. tam
in Decretalibus, quam in sexto, nequaquam hic immorabor, sed brevi perstrin-
gip glossographi postri Commemorationes, ut si forte contingat Pontificè, quod
satis.

pariusculè fit, (etsi possit, si velit, c. significasti 4. in fi. ibi Abb. de electio. Anst. cor. mon. tract. de Indultis Cardinal. §. Per que sublati n. 57.) Expectativas ad vacantiam etiam non obstante Concilio concedere, habeant isti albae fortunae pulli, ut ex his quàm Glossographi nostri dictis unde sibi consilium promant. Adversus itaq; Papam initio pontificatus revocare expectativas, quæ sunt fortunæ effectum, id est, quando in vim illarum alicui non est provisum, & plus proinde inquit hic Rebuff. ista revocatio, quàm mors mandantis. Nam per mortem concedentis non revocantur expectativæ quando præsentata erat bulla executori & fulminatus processus, quia tunc res non dicitur amplius integra, sed fallit quando expressè revocatur, ut hic, sext. in c. is cui &c. pen. & p. de preben. Verum nominationes Lovaniensium, & primariarum preces, ut dixi imperpetuum non subjacent huic Regulæ, ut ex tenore Indulti videre est, ad quod ibi non sectio. 5.

B *Sortita effectum*) Etiam post acceptationem beneficiorum vacantium non obsecuta provisione ante revocationem: nam ante provisionem jus in re non acquiritur expectanti, ut tenet Rota decis. 695. per Cap. fin. in fi. de concess. preben. in 6.

C *Per obitum concedentis*) Idem sentit Lopus alleg. 84. in fi. ubi dicit quod gratia concessa Ordinario Collatori de reservando quatuor beneficia non extinguitur, quamvis Papa re integra decesserit *Gemina, & Francus*, in Cap. 2. de preben. atque ita fuit resolutum in una Callaguriana Canoniciatus sub Die Julii 1592. per R. P. D. Pegna quod gratia expectativa concessa GRÆ 60. XIV. 16. sequenti die 1591. cuidam Dionisio Frances ad primum Canoniciatus in Ecclesia Callagur. non fuerat extincta nec revocata per mortem Gregorii XIV. Papa quo ipsemet fecerat dictam gratiam & collationem cum clausula *ex nunc pro tunc*, & sic intrabat dispositio text. c. si super gratia de off. deleg. in 6. ubi ver. facta ibiq; Jo. Monach. Archidiacon. Jo. And. Gemina. Francus & alii, licet esset, si non ipse Papa collationem faceret, sed alteri committeret faciendum locum haberet textus in c. si cui nulla §. secus si super provisione de preben. in 6. qua de re vide plura in meis Scholiis ad preces primarias, & apud Gociam tract. de benef. part. 6. c. 2. num. 300. & seqq. & apud Anto. Gabriel. de commu. conclus. tit. de preben. conclus. 1. ubi ponit supradictam conclusionem cum pluribus ampliationibus, limitationibus ac declarationibus. Ubi tamen concessa gratia Ordinatio vel alteri inferiori, imò etiam legato conferenda quæ beneficia in mense Apostolico, solet adjici clausula, quod provisum ab ipse accipere novam provisionem infra sex menses à data provisionis præsentata, alias præsens gratia nulla sit. In Receptis autem Justitiarum certum est, quod re integra expirent morte Papæ illa concedentis, alias non, Cap. relatum 19. de licet 30. de off. deleg. Jas. post baro. & Fel. 8. in l. more majorum & in l. et quæ de

Ne tamen ex dicta extinctione seu revocatione Rescriptio-
rum iustitiae ad partes detrimentum pariantur, quilibet Papa qui de novo luc-
retur renovat Regulam Cancell. de revalidatione litterarum gratiae & iustitiae quae est
in infia, quemadmodum etiam revalidantur rescripta gratiola per reg. viii. 22
et xix. supra de litteris in forma rationi congruit expediendis

Conferatur revocata) Maudosius ad hanc reg. q. 11. n. 6. hanc quaestionem distin-
guendo solvit. Nam aut loquimur, inquit, de alternativis concessis Ordinariis 23
de beneficiis suae Diocesis, & crederem veram partem negativam, quod mens
Regulae sit revocare gratias hic à praedecessore factas: alternativa verò seu fa-
cultas concessa Ordinariis de conferendo beneficia suae Diocesis non est mera 24
gratia: ratio est, quia per eum fit reditus ad jus commune, & tollitur obsta-
culum, ut pulchrè notat Cassad. tit. de prob. decis. 8. aut loquimur de alternativis
beneficiis concessis aliis quàm Ordinariis, vel etiam Ordinariis extra su-
as Dioceses, & dicerem procedere opinionem affirmativam. Nam in illo
casu non est dubium quin illa dicatur mera gratia & merus favor, & quod con-
cessio illa tanquam odiosa ac ordinariae jurisdictioni praedjudicialis existimari de-
beat exorbitans & odiosa gl. in c. 3. de prob. in 6. in verbo numerandum vers. Item per
hoc videtur ad jus commune. Extendenda igitur. Et pro hac distinctione facit
dement. de offic. ord. ubi gloss. in verbo, noimus dicit quod ordinariorum col-
lato ut naturalis & favorabilis amplianda; altera verò extraordinaria collato-
ribus praedjudicans & restringenda Decius consil. 128. licet in casu.

Pro parte affirmativa) Hanc quoque novissime probavit post Navar. consil. 31.
in 2. de Prob. Hieron. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gl. 50. num. 4. & seqq. motus
ratione, quod acceptatio alternativae est quidam quasi contractus initus ad
societatis inter Papam alternativam concedentem, & Episcopum accep-
torem, & idem finitur morte utriusque veluti societas in perpetuum facta l. 1.
ff. pro socio.

Tempore verbi) Adde Praesid. Everardi consil. 5. n. 12. & consil. 33. n. 3. & consil. 88.
n. 7. Decium ad l. jus nostrum n. 10. & ibi Gab. Saray, de reg. juris. Tho. Grammat. 25
tit. 17. n. 19. & decis. 55. n. 1.

Invenitur Regula) Hanc interpretationem probat & sequitur An. de Falc. in
tra d. reserv. in 20. q. pr. n. 19. adde C. Stad. decis. 3. de reserv. col. 5. vers. & Papa
mentem provideri per contractum matrimonii &c.

X

ARGU.

GLA
RINNI
TARIN
PLAS
ARLES
LJCA
EIPPE RINGE